Objectio.

Habitus est qualitas difficulter à suo subjecto mobilis.
Virtus talis non est. Ergo.

1. R. Negando assumptum, quia virtus quà virtus, h.e. ipsius virtutis habitus perfectus et completus difficulter mobilis, quatenus v. consideratur ut dispositio ad virtutem, h.e. quatenus nondum complementum est acquisita, hactenus à suo subjecto mobilis facile est.
2. Respondeo ex divisione virtutis.

Canon

Homo verâ virtute praeditus ad recte agendum paratiss:

Quatuor in actionibus sunt consideranda. 1. Scientia agentis. 2. προαίρεσις sive animi consilium et propositum. 3. requiritur finis, i. virtutis amor. 4. Requiritur Constantia in agendo.

Canon

Dispositio virtutis nobis inest, sed non ipse habitus.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn334708982/16 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG